



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

32. Item alter jam morti addictus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

rebat & tendum beneficiū. *Iacomutius* pendere dubius : putare fures Divis non admodum curae esse ; & simul credere, non esse de nihilo toties iteratum ostentum. Fiduciam de-  
mum suam & vota ad eum vertit,  
promittitque sepulcrum ejus cir-  
cumire ardente cereo , si excundi  
facultas detur. Redit noctu NICO-  
LAVS, & jubet surgere, egredi; car-  
cerem patere. Surgit , & somnium  
*Placentino de Asculo*, qui ponè jace-  
bat crassis compedibus & ipse di-  
ligenter vincetus, enarrat : hic vero  
somnia ex illo suum se audisse  
ait , nempe cui idem NICOLAVS  
se eodem modo per quietem insi-  
nuaverit. Inter haec verba dissilire  
utrisque vincula , laxari sponte suā  
fores carceris. Quid illi ? rogas? ve-  
tus verbum est,

*Liber captivus avis fer & consimilis est:*

*Semel fugiendi si data est occasio,*

*Satis est, nunquam postillā possis pren-*

*dere.*

Nihil etiam proprius fuit, quam  
ut periret *Petrus Bonagratia*, nisi bo-  
na *Divi gratia* jacenti in ipso mor-

32.  
Item altee  
jam mortu  
addictus.

ris limine succurrisset. Matelita in  
Picentibus civis erat: sed velut  
malus civis, & patriæ proditor (il-  
lici crimen æmuli impegerant) ab-  
reptus in carcerem, cum aliquo  
complicibus decretoriâ Judicun-  
sentientia morti addictus est. Pa-  
rentes & propinquos affligere, no-  
tam supplicii infamia, quam inno-  
centia indefensa. Ergo hoc unum  
simul omnes studere, ut precibus  
ardentissimis D. NICOLAO han-  
inghitam injuriam commendem.  
Precibus etiam votum addum-  
Opportuna amicorum pietas di-  
mnatis salutifuit. Divus enim ma-  
nifestâ in luce captivis spectabilis  
dissolutis pedicis omnes exem-  
manu sua eduxit, & iam securos ad  
ite Tolentinum, & ad rumulum suum  
invisere jussit.

33. Sed nemo patrocinium præse-  
tius, quam mercator quidam (no-  
men non exprimitur) in ultimis  
necessitatis articulo sensit. In haec  
iter agentem gladiatorum eructo  
manus ihssuerunt, rebusque oam-  
bus exutum, & cæsum ubi perfusus plang-